

956.

no. 12<sup>9</sup>

[1822 I Sem.]

Cedvigren.

De artis Aegyptiorum et Graecorum  
Differentia.

Inter veteres gentes notatu digniores,  
quarum historiae nobis traditae sunt,  
Aegyptios, seu propter antiquum hujus  
populi cultum, qui ad flatum civilem  
praecipue quidem spectabat, seu propter  
maxima admirandaque prisca tempo-  
ris monumenta in Aegypto adhuc  
remanentia, quae tot seculis lapsis  
nondum dirui potuerunt, nemo sane  
rerum antiquitatis quodammodo peritus  
infimo in loco ponendos esse putabit.  
Nam et duobus fere millibus annorum  
ante aeram Christianam civitate jam  
rite instituta, vel pluribus potius civi-  
tatis, quae postea in unam conjun-  
gebantur, usi sunt, et, nullis vitae con-  
modis inventis rerumque variarum  
cognitione parata, opera quoque artificiosa,  
quibus nusquam fere similia reperiuntur,  
exstruxerunt. Majorem tamen gloriam,  
et si feriore tempore, quam Aegyptii incolae,

quorum etiam aliqua ex parte quasi discipu-  
li atque imitatores fuisse a nonnullis  
putantur, ad militem vitae statum  
transibant, consecuti sunt Graeci, qui  
cum in aliis rebus, tum in artium gene-  
re omni Aegyptios longissime superabant.  
Quis enim ignoret, nullam aliam anti-  
quorum temporum gentem tanto ingenii  
excolendi et ornandique studio deditam fuisse,  
adeoque praecelara splendoris sui monu-  
menta, artium et litterarum opera, maxi-  
ma admiratione digna, posteris reliquisse,  
quae, molibus Aegyptiorum firmiora,  
nulla unquam aetate, nisi forte omnes  
res humanae profus aliquando in pejus  
ruere infolidaeque tenebris obduci coeperint,  
quod malum a numine divino aversum  
iri certo sperare licet, oblivioni dabuntur.

Quodsi jam inter utrumque populum,  
modo laudatum, contentio quaedam et  
comparatio fiat, cui potius tribuendus  
sit principatus, vix poterit aliquis, ab  
omni praepudicata opinione alienus,  
dubitare, quin Graecis optimo jure (victo-  
riae) palma deferatur. Cujus rei, si  
artium amborum populorum opera

11  
respiciamus, argumentum haud levissi-  
mum nobis offertur. Cum igitur artem  
Aegyptiorum cum Graecorum (arte) con-  
ferre conamur, certam utriusque differen-  
tiam in hoc facile animadvertimus, quod  
Aegyptii partim artificis quibusdam  
delectati sunt, quae apud Graecos minima  
inveniebantur, partim in iis operibus  
conficiendis, quibus Graeci similia ha-  
beant diversam tamen sunt artis  
tractandae rationem seculi. Haec pri-  
mum inter ambos populos, si quae ad  
artem spectant, discrimina breviter expli-  
canda, tum autem causae, quae differen-  
tiam illam effecerunt, quantum eas  
intellexisse poterit licuit, erunt adjungen-  
dae. Ut tamen planius doceatur, quod  
demonstraturi sumus discrimen, tempora,  
quae in comparanda arte Aegypti-  
aca cum Graeca ante oculos habu-  
erimus, necesse erit antea notemus.  
Erat autem apud utrumque populum  
aetas ante Alexandri Magni imperi-  
um, ad quam animus unice referendus  
videbatur, cum hoc potissimum

tempore utriusque populi nondum inter  
se plane commixti artis indoles lu-  
culentissime appareret. Cum praeterea  
longius <sup>um sit</sup> ~~efful~~, nec brevis haec commen-  
tatio ad rem accuratius explicandam  
locum idoneum daret, si de artium ge-  
neribus singulis singillatim differeremus,  
in architectura tantummodo arteque in  
signis fingendis versante contemplanda  
acquiescere fatius videbatur.

Atque primum Aegyptiis, ut de hoc  
populo ordiar, monumenta artisque  
opera ista, quae obeliscorum pyramidum,  
que nominibus appellantur, propria fuisse,  
fatius superque constat. Sunt enim obe-  
lisci trabes quadrangulae, e syenite  
lapide fere omnes excisae, a basi fasti-  
gium versus in verticem angustum for-  
ma sensim coarctatae productae, quae  
sursum inflas ad centum saepius vel  
plures etiam pedes elevantur. Litteris  
saepissime hieroglyphicis, quae propria  
erat scribendi ratio notissima, exornata  
conspiciuntur. Trabes istae lapideae  
ante templa aedoque regias ornatas  
causa dispositae fuisse videntur. Et cum

[Aegyptiorum

12  
de vera earum fine magnum adhuc dubi-  
um versatur, plurimis tamen viris doctis  
Plinii sententia (hist. nat. 36, 7.) placuit,  
talium columnarum effigiem ad signi-  
ficandos solis radios excogitatas esse,  
ideoque soli ipsi sacros dedicatosque  
fuisse obeliscos. Quod jam ad alterum  
Aegypti peculiare operum artificioso-  
rum genus, pyramides illas laudatissi-  
mas, attinet, majorem etiam admirati-  
onem stuporemque nobis injiciunt. Sunt  
enim moles ingentis magnitudinis  
forma quadrata e solis lapidibus ma-  
gnis constructae, ita ut latera sin-  
gula singulis mundi cardinibus ob-  
vertantur, ac paulatim inter se ap-  
propinquantia, ad fastigium vel acu-  
tam vel summo vertice abruptam,  
ut in planitiem quandam exeant,  
asurgant. Nonnullae tamen reperim-  
tur, velut per gradus sese elevantes,  
aliae rursus, quarum latera curvati-  
ta videntur; sed omnes fere, duobus  
exceptis, latere coelo constructis, e cal-  
cario lapide sunt excisae. Super-  
ficies earum plerumque magnis tabulis

e granite excisis laevigatisque obductae in-  
veniuntur. Magnitudo ipsarum molium,  
varia quidem est, sed plurimae altissime assurgunt, ut, procul  
inspectae, quasi montes visui apparere  
tradantur. Maxima enim pyramis, quae  
haud procul ab oppido Gize nominato  
exstat, latitudine oblineat pedes ferme  
septingentos, altitudine quingentos.  
Etsi vero de causis et origine aedifi-  
ciorum ejusmodi singularium <sup>legens</sup> ~~etiam~~ de-  
nuo dubitatio nobis offeratur, harum  
tamen molium aedificandarum studium  
cum mortuorum cultu, apud Aegyptios  
celebrato, conjunctum fuisse, probabile  
videtur. Nam artis Aegyptiacae pars  
magna ad defunctos venerandos memo-  
riamque eorum servandam pertinuit.  
Quare saepius speciem gravem et tristem  
prae se ferebat, quippe quae sepulchri  
mortisque imaginibus animo propositis,  
mentem haud dubie premeret atque an-  
xio quodam modo affligeret, cum rursus  
Graecorum ars, ad vitam ipsam fere  
tota pertinens, laetum potius hilarem,  
que omnino ad spectum praerberet. Per-  
suasum vero sibi habebant Aegyptii,

13  
animum una cum vita minime quidem  
extingui, sed post hominis mortem  
remanere atque ad inferos descendere  
ibique laetitia aevum ducere, usque dum  
corpus vetustate fractum concideret.  
Cum animum in nova corpora ani-  
malium fugere atque ex uno in alte-  
rum migrare, donec, per mille annis  
peractis, denuo in humanam formam  
rediret. Hinc illa cura diligentissima  
in condiendis servandisque cadaveribus  
posita, quae in mumiarum formas  
reducta Aegyptii aeterna, si fieri  
posset, reddere studebant. Haec in  
monumentis etiam mortuorum erigendis  
maximam operam artemque insolitam  
impendebant, ut antea illa in superi-  
ori Aegyptii parte circa Thebas in-  
primis occurrentia cum necropolidibus  
vulgo dictis, quarum praestantissima  
pars sunt regum sepulchra, in mediam  
quoque Aegyptum descendentibus,  
testantur. Nonnumquam antea illa  
facellis templisque ante ostia exci-  
telis, sculptura picturaque variis, con-  
decorata fuisse traduntur. Memorare

adhuc liceat et Osirandyae monumen-  
tam, cujus reliquiae apud Thebas jacent,  
et labyrinthum ab Herodoto (II, 148.)  
jam descriptum, cujus et ipsa aedificii  
pars ad cadavera sepelienda erat instructa.  
Hanc si respiciamus erga defunctos  
apud Aegyptios religionem habitam,  
opinio probabilis certe apparet, pi-  
ramides ipsas in media Aegypti parte  
regum mortuorum monumenta fuisse,  
ut in superiore terra alia, quae mo-  
do memorabantur aedificia eodem  
consilio erant excavata, quamquam illas  
ad cultum quoque Deorum pontificumque  
concilio, certis temporibus ibi celebra-  
ta, constitutas fuisse credere licet.  
Nam quod multi jam ante Plinium ac  
Plinius ipse putasse videntur (hist. nat. 36,  
12.) ad vanam stultamque ostentationem  
tantummodo pyramidum miracula exci-  
tata fuisse, vix alicujus, qui integre  
rem perpendat, approbationem sibi  
moveat.

Iam ex his architecturae operibus  
Aegypti propriis apparet, hunc populum  
minus ad pulchritudinem in arte  
exercenda, quam ad id potius spectasse,

146  
ut artium opera quam diutissime serva-  
rentur. Nam et in molibus illis capi-  
deis signisque hieroglyphicis, quibus  
obelisci ornati sunt, et mortuorum  
caveis laxissimis pulchritudinem et ve-  
rustatem fere nullam conspiciamus,  
et si firmitatem maximam eximioque  
laborem in salibus monumentis per-  
ficiendis adhibitam non possumus quin  
magnopere admiremur. Contra artifi-  
ces Graeci ea aetate, qua maxime  
ars floruit, summam in operibus  
conficiendis legem in pulchris venu-  
stisque formis positam habebant, ita  
ut omnibus postea populis cultiori-  
bus, eximio, cui vix unquam erant  
artifices recentiores in imitando pares,  
exemplo exstarent.

Sed in iis etiam architecturae  
artisque omnino Aegyptiacae operi-  
bus, quibus apud Graecos similia  
in usu fuerunt, discrimina non-  
nulla inter utrumque populum ob-  
servantur. Nam in templis polissi-  
mum exstruendis differentia jam  
inde <sup>primis</sup> apparet, quod apud Aegyptios

templa nonnunquam memorantur, quae,  
Indorum more e rupibus excisa, pecu-  
liarem ~~modum~~ naturam formamque a  
Graecorum arte diversam ostendunt. Deinde  
pro tectis cameratis, quibus Graeci  
plerumque utebantur, Aegyptii templa  
plenis omnino tegumentis erant operata.  
Quae cum magno columnarum nume-  
ro fulcissentur necesse esset, in his ipsi-  
columnis varium quidem ornatum, sed  
minutiorem in laetum et anxie quaesi-  
tum, ideoque a Graecorum ratione  
longius decedentem, Aegyptii excogita-  
runt. Testimonio sunt singulares quae-  
dam figurae formaeque mirabiles, quae,  
in columnarum capitulis dispositae, modo  
deorum hominumve capita, modo magna  
plantarum folia lotique scapos imi-  
tando exprimere conantur. Multum igitur  
Aegyptiorum opera ejusmodi distabant a  
columnarum apud Graecos inventarum  
pulchritudine, quae Doricarum, Ionicarum,  
Corinthicarumque nominibus celebratae sunt.  
Templa vero a Graecia elevata laetorem  
quoque ad spectum eo praebent, quod  
tectis, ut modo dictum est, curvatis  
superstrata erant, quae nefas quomodo

5  
animum in sublime afferre altiusque  
tollere videntur. Signis praeterea, quae  
in maximo Graeciae templorum ornata  
erant, Aegyptiorum templa fere nullis  
in interiore parte condecorata appa-  
rebant. Omnino ~~ae~~ reliquiae aedium  
sacrarum in Aegypto ab ea inde aetate,  
ubi ars Graecorum nondum in hanc  
terram migraverat, ad nostra tempora  
servatae, ne illo quidem memorio, si  
hoc revera in templorum numerum  
referas, excepto, cum venustate prae-  
stanti elegantique simplicitate in Grae-  
corum aedificiis extruendis comparatae,  
priorem Graeciae locum, pulchritudi-  
nis respectu habito, minime unquam  
eripiant. Nam Aegyptiorum aedificia  
duritatem quandam tristemque speciem  
prae se ferebant, cum Graecorum ar-  
chitecturae opera accurata partium  
congruentia ac tam singularum <sup>partium</sup> quam  
~~totarum~~ <sup>universarum</sup> partium perfecta constructione  
operibus omnibus per Aegyptii archi-  
tecos fabricatis quam maxime ante-  
cellerent. Cujus rei documenta erant  
jam antiquiore tempore et Junonis

Παρθενὸν ἰλλε

templum in Samo insula aedificatum, quod Herodotus (III, 60) omnium, quae vidisset, maximum fuisse testatus, et Ephe- sium consecratum Dianae, ducentis viginti annis absolutum; quae tamen aedes sacras Periclis aetate ~~Parthenon~~ ~~illa~~, dedicatum Minervae summoque splendore Athenis elevatum, atque Jovis Olympi Mithisique Apollinis templa saepius laudata aliquantum etiam elegantia superabant. Cum ad haec magna et amphitheatrorum theatrorumque numerum, quibus Graecia abundabat, et gymnasia, porticus, oedae, atque imprimis etiam propylaeos Atheniensis seu aditum, qui ad acropolim patebat, pulcherrimis columnis portisque magnificientissimis ornatum, quae idem Pericles in Atheniensium urbe exstruendos curaverat, consideramus; artem aedificandi Graecorum non modo Aegyptiacae architecturae esse praefereendam, sed omnium populorum perfectissimam fuisse et ad summum praestantiae gradum erectam, ne minimum quidem in dubium vocandi locum habemus.

Iam ad propositum exsequendum restat, ut animum deinde ad signa fabricandi artem vertamus, ubi non minus inter Aegyptios Graecosque discrimen, quam in architecturae operibus nobis offertur. Nam ut in aedificiis exstruendis Aegyptii, pulchritudine venustateque neglecta, insignem potius firmitatem gravitatemque molestem affectabant, ita in signis quoque fabricandis exquisitam Graecorum elegantiam minime sunt consecuti. Si enim in hujus generis artificii principium pulchritudinis in linea curva, quam undulatam vocant, positum est, pulchris certe formis statuae Aegyptiacae proptus carent. Quarum et adumbrationes rectis fere lineis parumque deflexis exprimuntur, et brachia in utroque corporis latere corpori ipsi arctissime sunt annexa, totusque signorum habitus rigorem quandam et jejunitatem, oculos minime delectantem, patet, ita ut plurae Aegyptiorum statuae, quae nostrum aevum fulerunt, cum ab omni gratia sint sejuratae,

in artis quasi incunabulis formatae esse  
videantur. Cum <sup>Reputantur</sup> addimus, Aegyptum si-  
gnorum <sup>colossorum</sup> fere gigantiam valde flabiosam  
fuisse, deformatalem in ejusmodi figu-  
ris formandis magis etiam animum of-  
fendere persuademus. Speciem talem mi-  
nus laboratam, ut afferamus exemplum,  
statuae illae tres eximiae magnitudi-  
nis praebent, quae prope Memnonium  
antea memoratum conspiciuntur. Eximen-  
dae tamen sunt de rigidarum artis Aegypti-  
acae formarum numero animalium figu-  
rae, quibus in formandis apud Aegypti-  
os longe diligentiore curam quam  
in hominum imaginibus imitandis; quod  
artificia hujus generis, ut Sphingum et  
leonum aliorumque animalium simula-  
ra ad nostram usque aetatem servata  
declarant. Aegyptii enim priore tem-  
pore in fingendis Deorum simulacris  
animalium formas sibi eligebant, cum  
bestias quasdam Deos ipsos esse opina-  
rentur; quare postea etiam in signis  
Deorum fabricandis non omnino ab an-  
tiqua fingendi ratione recesserunt.  
Cum enim humanam formam in se-  
cundo certe ordine ponebant minoris-

fabricatam novimus

17  
que ducebant momenti, ita ut dili-  
gentiam manifesto minorem in  
illa res artem imitanda adhiberent.  
Itaque mirabilem adfectum praebent  
statuae quorundam numinum in Ae-  
gypto cultorum, quae singulari modo  
cum humano corpore capita membra-  
que animalia in unum conjuncta  
ostendunt. Finxerunt igitur Aegyptii  
Deum, quem Anubin vocabant, homi-  
nis quidem corpore praeditum, sed in-  
fixo canis capite; eodem modo Bubasti  
felis, Arveri autem falconis capita  
imposuerunt; Apim denique penibus  
specie lauri ornavit. Sed quantum  
ab hoc Aegyptiorum more, a venusta-  
te profus sejuncto, Graecorum artifi-  
cum signa fabricandi ratio distat!  
Qui humana figura, omnium pul-  
cherrima, vel unice vel maxime certe  
in numinum coelestium signis fabri-  
candis fuit usi, ita tamen eam mu-  
tantes, ut formis humanis omnibus  
incredibile quodam modo nobilior atque  
excellens appareret. Et quum Deorum  
signa nonnumquam hominis magnitudi-

nam superantia fingerent, ea ita exquisitissima arte perfecerant, ut nulla sculis inde oriretur offensio, sed insignis potius majestas statuis ipsis ex insolita illa <sup>artem</sup> extensione pararetur. Defectum quoque varietatis et gratiae, qui in Aegyptiorum statuis jure vituperatur, Graeci feliciter evitarunt, cum in <sup>artem</sup> singulis suis Deabusque et aliis personis formandis adeo versati sint ingenii manusque praestantia, ut singulam singulorum indolem et naturam jam ex oris vultusque lineamentis atque corporis habitu recte verique intelligere liceret. Alia igitur sunt lineamenta in Junonis, alia in Venus, alia in Minervae signis ab artificibus Graecis ingeniosissime expressa, ut quamquam uniuscujusque illarum Dearum species formosissima apparet, altera tamen pulchritudinem ab alterius Deae diversam ostendat. Eodem modo in Apollinis, Mercurii Baethique statuis tres juvenes quidem pulcherrimos conspiciere existimas, quorum tamen formae, si si attentius eas contempleris, multum inter se discrepant. Quantum vero in excelsa majestate gravitateque summa

8.  
exprimenda ars Graecorum effecerit, vel maxime Jupiter illi Olympius, quem Phidias, artifex clarissimus, fabricaverat, testari potuit, qui solo capitis motu terram mareque concutere posse videbatur. Plurima quidem ejusmodi opera praestantissima tractu temporum jamdiu sunt <sup>comminuta</sup> concussa pleneque deleta; sed ex iis etiam, quae hodie superant, summum artificum Graecorum ingenium manumque exercitatissimam cognoscere et cum pietate quadam admirari docemur.

His expositis, ad alteram erat dissertationis partem, quae discriminis inter artem Aegyptiorum Graecorumque causas illustraret, transeundum. Sed ne in iis quidem, quae de discrimine ipso his plagellis in medium prolatae sunt, rei admodum satisfecisse mihi videor. Neque enim nonnullos, qui peruliter videbantur, libros comparandi potestas erat, nec tabulae aeneae, quae neurpa intellectu atque explicata facillora fecissent, utendi venia dabatur. Quare parum commentatio nimirum et leoloris

et audientium proflulatio conveniet. Cum  
praeterea tempus ristat; imo vero adfit,  
quo in judicis manus tradatur scriptum  
examiniq; subjiciatur, reliquam disserta-  
tionis partem alia forsan occasione  
paucis absolvere ac pro virili parte  
persequi conabor.

---



